

noctibus, & una die in sepulchro gescere uoluit, qm̄
 p̄ suam simplam mortē nostrā duplam dānauit. **Ve**
 quid aut̄ p̄ nobis mori uel resurgere uoluerit, manū
 festat, cū adhuc subdit: **Et pr̄dicari in noīe eius**
p̄cēnitentiā & remissionē p̄ctōrum. Nō ergo du
 rū uel asperū uideat, quod dī, [pr̄dicari in noīe eius
 p̄cēnitentiā:] q̄a ualde dulce est quod sequitur, [in
 remissionē p̄ctōrum.] **Et** ubi hæc pr̄dicāda essent,
 manifestatur, cū subinfertur: **In oēs gētes.** Quo
 uerbo **Donatista** hæresis cōfunditur, q̄ localē deū
 inducere uolentes, in sola **Aphrica** eius fidē esse di
 xerunt, nō attendētes quod ipse dñs ait: [In oēs gen
 tes.] In oībus gentibus p̄ apostolorū ministerium
 p̄cēnitentiā & remissio p̄ctōrum pr̄dicata est, im
 p̄leta, p̄phētia quē dixit: In oīem terrā exiuit sonus
 eorū, & in fines orbis terrā uerba eorum. **Et** ne aliq̄s
 p̄pter magnitudinē p̄ctōrum de ueniā desperaret,
 subiūctum est: **Incipientibus ab Hierosoly
 ma.** Nullus ergo p̄pter magnitudinē p̄ctōrum suorū
 remissionē se posse consequi desperet, si legitime p̄cē
 niteat, qm̄ ipsis **Hierosolymitis** cognoscit indultum,
 q̄ cruentis manibus & mēdacibus uocibus ipsum san
 guinem per quē genus humanū redemptū est, effu
 derunt: qm̄ sicut dominus ait per prophetam, **Nolo**
Sezech. 13 mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat.

FERIA QUARTA

Paschæ. Actuum. III.

In diebus illis **Ascēriens Petrus** os suū,
 dixit: **Viri Israelita,** & qui timeris deum,
 audite. **Et reliqua.**

Notandum quod uiros de genere Israel, & timentes dominū, ad audiendum dei puocet uerbum. Viri enim dicuntur à uiribus, q̄ nesciunt tolerando deficere, aut in prosperis aliqua se elatione iactare, sed animo stabili defixi, & caelestium rerum contemplatione firmati, manent semper impauidi. **Qui timetis dñm, inquit, audite.** i. qui reuerentiam habetis nominis eius: quia eius uerba nō meretur audire, nisi qui cognoscit & timere. Timor autē dñi, quia iustus & rectus est, auditum renouat, amorem tribuit, ardorē charitatis inflammat. **Deus Abraam, & deus Isaac, & deus Jacob, deus patrum nostrorum.** Poterat enim dicere, deus Abraam, Isaac & Iacob, sed ter nominat deū Abraam, deum Isaac, deum Iacob, ut tu intelligas deū patrem, & filium, & sp̄m sc̄m. Et ne tibi scandalum terna dei nominatio generaret, addidit [patrum nostrorum.] Prudēter enim personas distinxit, & naturam uniuert. **Glorificauit filium suum, qm̄ post resurrectionem nimis mirabilem, totius mundi credulitatē deus ei in eo quod homo factus est, habere concessit.** Glorificauit eum gloria resurrectionis, glorificauit gloria ascensionis, & glorificauit suae dexterae sessiōis. **quem uos quidem tradidistis.** Hinc enim respondit Pilatus domino, dicens: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. quid fecisti? subauditur, ut tradere ris mihi. Tradiderunt enim dominū sacerdotes per inuidiam tradidit Iudas pro cupiditate, tradidit pater pro nostra liberatione, tradidit semetipsum filius pro nostra dilectiōe. De patre enim ait Apostolus, **Qui proprio filio suo nō pepercit, sed p̄ nobis om̄i-**

bus tradidit illum. De filio autem, qui dilexit nos, &
 tradidit semetipsum pro nobis. et negastis ante
 faciem Pilati, dicentes: Crucifige crucifige talem.
 Nos non habemus regem nisi Cæsarem. Nos legem
 habemus, & secundum legem debet mori, quia filiū
 dei se fecit, indicante illo dimitti. Querabat enim
 (ait euangelium) Pilatus opportunitatem, ut dimit-
 teret Iesum, dicens: Ego non inuenio in eo causam,
 sed neq; Herodes. Pilatus mittit ad Herodem; He-
 rodes mittit ad Pilatū. Inter duas impietates discor-
 rit pietas, & tamen impietas pietatem non potest cō-
 demnare. Præsens est reus, & non inuenitur reatus.
 Tradidistis mihi hunc hominem quasi auertentem,
 inquit, populum, & ecce coram uobis interrogans,
 nullam causam inuenio in eo ex his, in quibus eū ac-
 cusatis. Dicitis q; præcipiat tributa nō solui Cæsari,
 comprobauit falsum esse quod obijcitis. Docere hūc
 contra legem dicitis, & probauit eum non destruere
 legem, sed adimplere. Omnia quæ obiecistis, in diuer-
 sum inuenta sunt. Et petistis virum homicidā
donari uobis. Erat aut (ait euangelium) qui dice-
 batur Barabbas uinctus, qui in seditione fecerat ho-
 micidium. Barabbas enim qui filius patris eorū in-
 terpretatur, significat diabolum, qui multas seditio-
 nes in toto cōcirat orbe, homicidia. s. & adulteria &
 omnia crimina, quia statim, ut Iesus crucifixus est, Bar-
 abbas iste dimissus, suffocat populum Iudæorū. au-
ctorem uero uitæ interfecistis, illum qui plasma
 uit hominem de limo terre, & inspirauit in faciē eius
 spiraculum uitæ, & factus est hō in animā uiuētem
 illū qui dixit, Ego sum uia, ueritas & uita. Et de quo
 Iohānes, Hic est uerus deus & uita æterna. Et nunc

fratres scio quia per ignorantiam fecistis. Si enim cognouissent, ait Apostolus, nunquam dominum gloriae crucifixissent. [Deus autem qui pronunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. [Hinc & ipse dominus Cleophae, & alio discipulo ait: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloria sua? Et incipiens a Moysae & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant. Si enim Moyses & omnes prophetae Christum locuti sunt, & hunc per angustiam passionis in gloriam suam intraturus, quare ratione se gloriant esse Christianos, qui iuxta uirum suum modulum neque scripturas quae licet ad Christum pertineant inuestigare, neque ad gloriam quam cum Christo habere cupiunt, per passiones tribulationum desiderant attingere?

FERIA QUARTA
paschae. Iohan. XXI.

In illo tempore Manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic: Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus. Et reliqua.

Cum memoriam dominicae resurrectionis semper animo retinere, & ore recitare debeamus, maxime tamen istis diebus de illa loquendum est, in quibus facta creditur & ueneratur. Et non debet onerosum uideri ad audiendum, quod sanctis euangelistis uile uisum fuit ad scribendum. Non solum enim gloriosum est, quod discipulis post resurrectionem apparuit, sed etiam numerus eorum quibus apparuit, uel loca in quibus uisus est, mysterijs plena sunt. Quod in huius lectionis